



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis septem mulieribus martyribus. Cap[itulum]. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse february occurrētibus Fo. ly.

petrum ad se accerseret: qui toppe apud symonem coziarum hospitabatur qui eum viam veritatis edoceret. Qui confestim nuncios ad petrum misit. Eademque hora qua illi ad hospitium petri peruenerat: dum petrus in superiora domus circa horam sextam oraret in extra rapto vidit lintheū quattuor funibus de celo missum cunctis animantibus plenū voce ad eū delapsa: ut ex ipsius occideret et manducaret. Qui cum nullatenus se immūda posse comedere diceret: auduit secūdo que de purificauerat minime immūda reputāda. Tūc descendens a nuncijs causam itineris audisset: et visionem intellexisset: et etiam deus gētilitatem immūda ad fidē suscipere: diuinitus ad christū migravit. Ibi et sepultus quiescit. iij. nonas february.

De sancto aprontiano martyre. Cap. lxxv.



Aprontianus mar

tyr passus est rome sub maximo imperatore et Laodiceo prefecto. Tū em laodiceus finitimum diaconē in carcere diebus xvij. detinisset: ut dictum est in passione saturnini. iij. kalen. decēbris: et post hec prefectus eum sibi presentari iussisset: dum aprontianus qui erat cōmentariē. finitimum de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: et vox de luce exiit dicens: venite benedicti patris mei etc. Quod aprontianus videns credidit: et ad pedes finitini procidit baptismum petens. Quem finitinus mox vnda sacra pfudit: et ad marcellum papam deduxit: qui ipm sacro christmate delinuit et cōmunicauit: venitq; cū finitino ad prefectum. Quē cum de crudelitate qua in xpianos scuebat argueret: et se xpianū assereret: iubente prefecto via salaria militari secundo ductus ibiq; capite truncatus est: et a iohanne presbytero in ipso loco sepultus quarto nonas february.

De sanctis septem mulieribus martyribus. Cap. lxxv.



Septem sancte mu

lieres martyres que in passione sancti blasij leguntur apud sebastem ciuitatem passe sunt sub agricolao

prefide: que ab eodem sancto episcopo in fide fuerant edocte. Cum autem sanctus multa per pressus supplicia iussu prefidis ad carcerem duceretur: sancte femine eum insequētes: guttas sanguinis eius de corpore fluentis in lintheis colligebant: propter quod ab apparitoribus tere sunt et prefidi presentare. Qui iussit eas ad mortis supercilium lacu supereminētis adduci: data sententia: ut si non adorarent statua iouis illuc delatam in lacum precipitarentur. Que cum idolum in lacum proiecissent: dicētes ut si deus est seipsum iuuaret: a ministris ad prefidem reducuntur. Qui fecit illas super. vij. crea subsellia igne cadentia sedere: ut in posterioribus vterentur. Quibus angelus domini apparuit: et eas intractas ab igne conseruauit. Deinde in equo leo leuate: vngulibus et pectinibus ferreis carnes earū dirupte sunt. Tunc duo pueri filij eius: et illis ad matrem accedentes: postulabant se fieri christianos. Quos iussit agricolao vna cum sancto Blasio in carcere mancipari. Sanctas vero mulieres die sequenti mandauit in castinum ignis accessum immitti. Que dū in medio flammarum illese psallerent: et hec ministri prefidi retrulissent: iussu eiusdem extra ciuitatem educte datoque sibi iuicem pacis osculo de collate sunt. Quarū animas carnifices omnes viderunt in specte septem virginum vti de thalamo prodeuntium ad celum conscendere coronatas. Corpora vero a xpianis noctu sublata in eodem loco sepulta sunt. Passe sunt autem quarto nonas february.

De sancto Blasio episcopo et martyre. Cap. lxxvi.



Basilius episc

pus et martyr sub persecutore Diocletiano passus est: in ciuitate sebastem. puincie capadocie. Qui cū omni sanctitate polleret: electus est a xpianis in ipso epm ciuitatis: urgente vero persecutione xpiana nos speluncam argel montis petijt: et ibi heremiticam vitam duxit. Cui aues pabulum afferrebant: et fere ad eum vnanimiter confluēbant. Quicumque vero ad ipm accessissent egrori sanitatem ad libitū reportabāt. Cū aut agricolao preses xpianos affligeret: et die quadam milites venatum misisset: illiq; hincinde discurrentes inuaniū tendere ante antrum sancti ferarum multitudinem inuenerunt: nullam tamē capere valentes prefidi retrulerunt: et qualiter blasius xpianorum eps in specu lateret et oēs ad se feras magicis artibus cōgregaret. Quē iussit comprehendī sibi presentari. In ipsa autem nocte ipse sibi ter apparuit: monens ut sibi